Coniunctim vel divisim, ad Instantiam quorumvis Legatariorum in eodem Testamento sui Legatis specificatorum aut eorum successorum ad officium praesens Castren Capitan Premyslien, exhinc recepti hereditarii [illegible] quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino Tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, Damna [illegible] talia Terrestria luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebunt, et tenebuntur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesentibus, illum Terminum primum peremptorium ac alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, maiori minorenitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem porro ulteriores officij praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia per ius simpliciter vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, Inscriptione Terrestri bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo 2005 nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta ipso Die Festi Sancti Aegidij Abbatis Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo.

Klodnicki Contra Adulterum inscribit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Premyslien Generosus Hieronymus Klodnicki olim Generosi Stephani Klodnicki cum Generosa olim Dorothea Lesniowska consorte eius legitima procreatus filius Sanus mente et corpore existens à Terris, Districtibus Iuribus, Iurisdictionibus[que] suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo

dendo. p̄senti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quidam ipse Dnus Agneti Zamiethowska Consorti suae legitimae in et super totali et integra medietate omnium bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarium habitarum

200 et habendarum, necnon auri, argenti, stanno cupro aere Orichalceo monilibus, unionibus margaritis vestibus, vestimentis pecoribus pecudibus, equis, equitia, totaque supellectili domestica in quacunque forma et materia existen nunc habitis et in post habendis Advitalitatem et usufructum ad extrema duntaxat vitae ipsius tempora inscripsit et concessit prout inscribit et concedit praesentibus, tali videlicet modo Quod si prius praefatum Dnum Hieronymum Klodnicki Recognoscentem Maritum, quam praedictam Dnam Agnetem Zamiethowska sui Recognis Consortem de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Dna Agnes Zamiethowska Consors sua bona mobilia et immobilia resque suprascriptas omnes morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure, Dominio et proprietate omnibusque et singulis bonorum eorundem suprascriptarumque rerum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, Commodis, obventionibus, attinentijsque et pertinen generaliter universis tenebit habebit et possidebit, illisque pacifice et quiete infruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora, post mortem vero eiusdem Dnae Zamiethowska Consortis suae extunc bona eadem suprascripta omnia ad successores p̄fati Dnosi Klodnicki mariti sui sine ulla contradictione et impedimento successorum p̄fatae Dnae Zamiethowska Coniugis suae cum pleno Iure eorundem bonorum praemissorumque omnium devolventur.

Hnicki Mikitycz Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Praemyslien Nobilis Michaylo Hnicki Mikitycz nobilis Stephani Mikitycz cum Nobili Marina Dobranska Consorte eius legitima procreatus filius, sanus mente et Corpore existens, à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competen recedendo, Praesenti

vero